



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Engelbertus Episc. M. 7. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

domo abhinc omnes omnino mulieres proscrispsit. Audite hæc aris devota pectora. Feminæ apud vos si exulaverint, ab exilio castitas redibit.  
*Ex D.Gregor.*

*Ne sub eodem cum mulieribus tecto mansites, nec in præteritâ castitate confidas. Nec sanctior Davide, nec Samsonem fortior, nec Salomone potes esse sapientior; memento semper, quod Paradisi colonum de possessione suâ mulier ejecerit.* S.Hieron.Epist.2.

## S. ENGELBERTUS EPISC. M.

7.Novembri.

**C**unas, vitam, mortem, omnia in ENGELBERTO præclara reperio, & digna infulâ Coloniensi, quam ille, uti & libertatem Ecclesiæ, etiam contra cognatum sanguinem (audiant utinam hæc illi, qui Christi patrimonia sua putant, & in suos effundunt!) toto pectori propugnavit, ipsique adeò vitæ antehabuit. Neque enim alia ulla fuit causa Friderico Isenburgensi Comiti, & patrono ENGELBERTI, cur sub annum millesimum, ducentesimum & vigesimum quintum, immisso sicariis ex itinere nepotem obtruncaret, partidio tot sceleribus, quo vulneribus pleno, quæ quadraginta & septem erant. Nec verò minus piè, quam fortiter est mortuus ENGELBERTVS. Nam, ut taceam VIRGINEM solemini omnibus diebus Mercurii jejunio cultam, monitus per literas de insidiis, animum quidem confessione purgavit & lacrimis expiavit, cæterum ut ne hostem proderet, igni literas damnavit. Fridericum deinde, cum jam parturiret ultimum scelus, hospitio non semel cum suis excepit, neque comitem habere viæ abhorruit, utque malus Genius ex ore

7.Nov.  
roscri-  
eminae  
edibit.  
  
, nec in  
de , nec  
r ; me-  
ne suâ

M.

LBER-  
Colo-  
etiam  
tinam  
& in  
ipsi-  
a ulla  
z pa-  
num,  
nissis  
trici-  
quæ  
inu-  
tvs.  
ibus  
er li-  
ione  
ho-  
cum  
ospit-  
tem  
s ex-  
ore

8.Nov. VITÆ SANCTORVM. 547  
ore alieno palam fassus est , moriens Christo  
Christi verbis pro hostibus suis supplicavit, facul-  
tatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) pa-  
trandi. Sub idem ferè tempus lunæ geminam al-  
teram lunam cœnobita vidit gladio insignem, ne  
dubitaret orbi, sideribus novum sidus ENGEL-  
BERTVM additum. Ex Surio.

Optimum vindictæ genus est , culpam ignoscere, &  
humanitatis beneficia non negare; mala pati, & stillici-  
dia gratiæ communicare. Hoc superne Deitatis opus  
est, quæ quotidie innumerabiliter injuriis lacefitur, &  
sustinet, blasphematur, & non irascitur. S.Laur.Ju-  
stin.de Castro connub.c.18.

S. GODEFRIDUS EP. 8.Novembri.

Cœpit GODEFRIDVS in tempore (quinquennis  
ut pote) ad sanctitatem inter cœnobitas con-  
niti, Musis juxtâ & pietate succollantibus. Anno  
ætatis XXVI. Abbas, inde Pont.Ambianensis, mi-  
rum est quâm benignum se miseris exhibuerit,  
tredecim quotidie de his epulo solitus excipere,  
ablutis suâ manu eorum pedibus ; nihil utique  
alienum à summâ dignitate existimans , facere,  
quod prior Pont.Max.Christus fecisset. Et forte  
bene magnum , & qui culinæ unicus superabat,  
piscem inde ipse asportaverat, donum leprosis sti-  
pem rogantibus. Ei rei cum absens tunc succen-  
seret postea œconomus , illud modò respondit  
GODEFRIDVS : Etiam atque etiam videret , illéne  
abundaret, an pauper Christus esuriret, rectius? Et verò  
ut hunc tegeret, non dubitavit suis laciniis sum-  
mâ hieme se spoliare, & mendicabulum his dita-  
re, ipse contra frigora hâc unâ charitate satis ar-  
matus. Jam clementiæ in subditos illud sit argu-  
mentum.